

2183

LITURGICI.

2184

Horae de S. Cruce, de S. Spiritu, unde quaedam Folia excidere, Initia IV. Evangeliorum, Horae B. Mariae *secundum usum Romanum*, VII. Psalmi Poenitentiales cum Litanis SS. in quibus *Leonardus, Eligius, Amelberga* &c. Vigiliae Mortuorum, et Precationes ad diversos Coelites.

DCCCCXIV.

- H.6 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 247. 12. caractere minusculo nitido exaratus, auro coloribusque varius, et Icunculis XV. speciosis ornatus *Horarium* est continens sequentia: Calendarium gallicum, in quo *Geneuiefue, Eloy, Loys, Denis* miniati, compluraque Nomina Sanctorum extra *Galliam* vix notorum, puta: *S. Firimbout, S. Baudent, S. Auentin, S. Psalmon, S. Verain, S. Boutous, S. Blanchart* &c. quae nec in *Catalogo* inserto Operi chronologico *L'Art de verifier les Dates* &c. p. 149. edit. 1770. f. omnia reperias. Sequuntur Initia IV. Evangeliorum, Officium de Beata, Psalmi de Poenitentia, Litaniae OO. SS., Horae de Cruce majores et minores, de S. Spiritu, Officium Defunctorum, et Precationes ad quosdam Coelites.

DCCCCXV.

- R. 1303 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 231. 12. elegantissime perscriptus et praeter initiorum literas, marginesque vividis

avium, insectorum et florum figuris sparsos Iconibus XXXI. adfabre depictis ornatus *Horarium* est, quod, ut fit, orditur a *Calendario*. Exhibentur in eo ad singulos Menses praeter Zodiaci Signa etiam Occupationes Rei domesticae, cumque *Amandus Traje&, Eligius Noviom. Donatianus Rhe mens.* Episcopi purpurati in illo compareant, *Belgium* respici videtur. Pia porro, quae sequuntur, Exercitia haec sunt: *Salutatio ad faciem Jesu Christi*, cui subjectam Picturam ad fabulam *Tiberii Imp.* per accitam cum Servatoris Sudario *Veronicam* e morbo recreati adludere putem, *Horae de sancta Cruce, de sancto Spiritu, Missa beatae Mariae*, Initia IV. Evangelistarum, *Horae beatae Mariae virginis secundum usum romanum*, item *secundum aduentum*, Orationes ad diversos SS. *Septem Psalmi* de Poenitentia dicti cum *Litanis*, denique *Vigiliae Mortuorum*. E Picturis multa de Vestitu, Usibus &c. illius aevi cognosci posse, vix est, quod moneam.

DCCCCXVI.

- Codex membraneus lat. Sec. H. 2 XV. Folior. 242. 12. luculente et pereleganter in Italia, ut videtur, scriptus, literis initiorum deauratis et picturatis, Iconibus insuper V. majoribus, et multis minoribus ab artifice penicillo speciosus *Horarium* est sequentia complexum: Officium de B. V. *Maria*, de Cruce, VII. Psalmos de